



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Sanitas Animæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

# CONSIDERATIO XXVIII.

## AMOR DEI,

### *Sanitas Anima.*

Corpus est *vivum* per animam; *Sanum* per usum  
perfectum suarum visum, ad quem movetur ab  
anima: Sic anima est *viva* per Gratiam, & Amorem  
Dei, & Sancta per usum perfectum Gratia, & Vir-  
tutum. O mi Deus, Cor mei cordis, & spiritus mei spi-  
ritus, ut anima mea non tantum sit viva in te, sed et-  
iam sancta in tui amore.

Quod malum, quæ afflictio, quæ miseria est, si vivat  
corpus, at semper infirmum, & sine operatione?  
Ita est anima tepida: vivit sed non vitâ perfectâ;  
operatur, non sentit divina solatia, neque desunt  
maiores, stimuli remorsus, & scrupuli. Libera  
se a tali infirmitate. Malo citius mori, quam  
vivere in te. Vivat in te cor meum, se vitâ sanctâ  
perfectâ: fugiat omne peccatum, non solum grave,  
sed leve; nec solum culpam, sed omnem etiam  
vitium. Amen semper meum Amorem, & qui-  
bus amore perfectio.

Amore, plus quam me: neque me, sine te. Amo,  
quidem amore vivo, constante, & forti: amo sine  
tuo amore; unus & solus est amor meus, sicut  
unum, & solum est meum bonum,  
summum & infinitum  
Bonum.

